

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - III, 02 : De Styge](#)

Mythologia, Venise, 1567 - III, 02 : De Styge

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[20\] : De fluminibus inferorum](#)□

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 02 : De Styge](#)□

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 02 : De Styx](#)□

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 03 : De Styx](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

aduersus ipsam dixisset Aſcalaphus Acherontis & Gorgyre filius. Dicitur fuisse Acheron *ἄχαιον*, quia fluant vnde moleſtiarum ſcilicet, nam vt ait Iſacius *ἰν' ἄχαιον ἔστιν ἄνεμος τῶν τριπύλων πύλωνων*. quia dolores ſcilicet & merores coniuictorum mortuis magnis vndis deuoluantur. Ego tamen illorum ſententię potius acceſſerim, qui Acherontem dictum putarunt, ab Acheronte illo, qui in iis locis regnauit, vt ſcripſit Andro Teius in ſua Nauigatione. Acque ex his paruit primum Acherontem deſcendentes ad inferos animas excipere ſolicum, & Cereris, vel vt aliis magis placuit, Terrę fuiſſe filium. Hunc, quia potum præbuerit Titanibus aduerſus Iouem pugnantibus, ad inferos detrufum crediderunt, qui ex Acheruſia deſſeret, per loca ſubterranea, atq; per vallem profundam rurfus ederetur in lucem, aquamq; haberet inſuauiſſimam. Hęc illa ſunt, quę de Acheronte fabuloſe ſcripta inueniuntur; quę cur ficta ſint, nunc perquiramus. Cur Acheron primus excipie mortuorum animas? quia cum morituri ſunt homines, corpor quidam mentem, animumq; ita labefactat, vt propinqua mors eſſe facile ſentiantur: tunc enim conſcientia, rerumq; geſtarum memoria animum perturbat: quę palus eſt omnibus primum traicienda, vt fabuloſe fingitur a poetis: neque enim in hac præteritę vitę inueſtigatione poteſt animus non magno-
10
20
30
40

De Styge. Cap. II.

STyx item inferorum fluuius poſt Acherontem ad inferos acceſſuris ſe offert; quam alii ex aliis parentibus ortam crediderunt. Nam Heſiodus in Theogonia ex Oceano natam eſſe Stygem tradidit in hiſ;

*Δρυὶν ἔδ' ἑυρέτην ἀφ' Ἰφιδίου βλάστησιν
 Πυροβλάστην, ἵερ' αἰετὶ δὲ ἑὴν ἄνεμόν τ' ἰσχυρὰν
 Μαιμόν' αἰετῶν κατὰ γῆν' ἀπὸ δὲ γῆρας
 ἀχέου ἀφ' Ἰφιδίου ἑρπύλλ' ἀπὸ γῆρας ἰσχυρὰν.*

Styx grauis, Oceani reſſui de ſemine nata.
 Quę procul a ſuperis colit alta palatia, longis

Marmo-

Mythologia.

Marmoribus suffulta, tenent vtrinque columnæ
Argento è puro, & cœlum firmantur ad ipsum.

Atque Pausanias in Arcadicis hanc ipsam fuisse etiam Lini poetæ opinione scribit. Alii Acherontis, alii Terræ fuisse filiam crediderunt. Apollodorus Grammaticus è petra quadam apud inferos Stygem effluere inquit libro primo; τὸ δὲ πρὸς τῷ ἑσπέρῳ ἐστὶν ἡ πύραξ ἐν ἅδου πύρῳ. Stygis enim aqua è petra apud inferos fluit. Hanc Pallanti quidam nupsisse arbitrati sunt, quidam Piranti, vt ait Pausanias, cui peperit Hydram. habuit filiam Victoriam ex Acheronte patre, vt tradiderunt nonnulli. cum huius filix Victoria, Vis, Robur, Zephynque Ioni aduersus Tiranus opem tulissent, illi nobilitatem hanc & dignitatem Iupiter concessit, vt sanctissimum iusurandum per Stygem Dii haberent, quod testatur Home. lib 5. Odyss.

10

Ὅτι καὶ τὰς γαῖαν, καὶ ἰσχυρὰς ἰσχυρὰς θεοφύλακας,
καὶ τὸ κατὰ δὲ πύραξ ἐστὶν ἡ πύραξ ἐν ἅδου πύρῳ.
ἔρως ἰσχυρὰς, καὶ ἄλλοι μὲν ἀρῶντες ἴσως.

Hoc sciat & tellus, & vasti sydera mundi.

Quæq; Stygis de fonte fluit venerabilis vnda.

Quæ iuramentum est superis, numenq; beatis.

20

Sic etiam Apollonius in lib. 1. Irim per Stygiam aquam iuramentum introducit;

Ὅτι φωνή, λαβὴν τῆς ἕρως ἴσως ἴσως
ἴσως ἴσως ἴσως, ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Sic ait, & Stygiam iuravit protinus vndam

Quæ superis veneranda Deis, quam fallere terror.

Erat iis illa pœna proposita, qui per aquam Stygiam peierassent, vt per quoddam temporis spatium ab epulis Deorum abstinerēt, & ab omni Deorum consuetudine, vt testatur Hesiodus in Theogonia;

30

Ὅτι μὲν ἐν πύρῳ πύραξ ἴσως ἴσως ἴσως
ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

Ἄλλοι δὲ ἐν πύρῳ ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως ἴσως.

40

Supplicium superis de petra profuit vnda,

Quam si quis Diuum superiorum peieret, horum

Queis domus incolitur præcella niualis Olympi,

Bis senos iacet infelix ex ordine menses.

Nectare & Ambrosia simul abstinet: inq; grabato

Decumbit mutus oppressus membra veterno.

Ast vbi per longum moibum tolerauerit annum,

Tum grauiora manent miserum certamina semper.

Ille

Ille nouem procul à Diuis depellitur annos;
 Concilio totidem Diuorumq; abstinet, idem
 Cum superis pariter conuiuis nulla frequentat.
 Pristina conditio decimo cui redditur anno.
 Tantus honor Stygiis iuratis additur vndis.

Tum idem poeta declarauit qui ritus in Deorum iuramentis seruaretur, dicitque Irim poculum aqua stygia plenum mentientibus Diis asserre solitâ, cum Iupiter ita iuberet, vt est in his carminibus:

ἄχι δ' ἔστι φιλῶνται δάμνηται δάμαρ' ἔχ' ἔταυ
 ῥῖνε δὲ ἐν ἴρῃ δὲ μὲν δῖον ῥένας ἔρατο ἰσάουα,
 ταλλῆσι δὲ κρυπῆσιν περὶ φημι δεικνύουσαι δῖον
 φυχρῆσιν, δὲ δ' ἔκ' ἰσῆσιν καταλύουσαι ἡλεβῶταρ
 ἡφ' ἄλλοι. ἀτάλας δ' ἔτι χθονὶ ἰσπεδῖται.
 Ἐξ ἰσῆσιν περὶ κρυπῆσιν δὲ τῶντα μάλα κεν
 ὀκλατῆσι κρυπῆσιν, δῖον δὲ δὲ μῆτιρ δὲ δάμαρ.

10

Cum quis de superis mendacia dixerit, Irim
 Iupiter asserre hinc iuramentum sibi mandat
 Aurato in cyatho lympham, celeberrima sensim
 Quæ fluit, è petra & paulatim labitur alta.
 Sub terris fluit, & tenebras per noctis opacæ
 Flumine de sacro; cornu maris Atlantæi.
 Nam decima Oceani pars est styx ipsa profundi.

20

Alii honorem illum datum fuisse Stygi dixerunt, quia coniurantium Deorū aduersus Iouem, cum illum vincere voluerunt, inuidias patefecerit, vt sensit Isacius. vbi fuerit styx verè, multa est controuersia apud scriptores; nam alii non procul à Lucrino portu, Auernoque lacu in sinu Baiano exillimarunt, quod fiebat fraude sacerdotum, qui vt fructibus amēnissimi loci potirentur, & multis fructiferis arboribus confiti, illum consecratum inferis esse dicebant, nullique, nisi placatis per solennia sacrificia manibus, locus putabatur adeundus. Ibidem cum fons esset scatenus aquis fluuiialibus, & in mare defluens, omnes ab eius aqua abstinebant, quòd aquam stygiam è sermone sacerdotum esse opinarentur. At Herodotus, vbi de Nonacri ciuitate loquitur in Erato, ita de aqua stygia scripsit; ἡ δὲ τῶντα ἐφ' ἰσῆσιν ἰσραῖος ἀραδῶν τὸ ἔτος ἔσθ' ἰσρ. ἔστι δὲ ἔστι ἔστι κρυπῆσιν. ἔστι δὲ ἔστι φημι δεικνύουσαι ἡ φυχρῆσιν δὲ δ' ἔκ' ἰσῆσιν καταλύουσαι ἡλεβῶταρ ἡφ' ἄλλοι. ἀτάλας δ' ἔτι χθονὶ ἰσπεδῖται. In hac autem ciuitate dicitur aqua esse stygia ab Arcadibus. Est aut huiusmodi; apparet aqua exigua in vas quoddam defluens, quod lapis cuiusdam circulus ambit, atque Nonacris, vbi fons ille exillit, ciuitas est Arcadiæ parum distans à Pheneo flumine. Hanc aquam memorię prodidit Pausanias in Arcadicis è prærupta rupe ad nonacrim in præcelsum saxum guttatim cadere, ac inde fluuium Crathim delabi, cuius porus perniciosus est omnibus animalibus. Sed neque illis solum perniosa est aqua, verum etiam omnia metallorum genera ab ea solui dicebantur, neque vllum erat vas, quod aquæ vim sustinere posset. Declarauit Plato in Phedone non solum quo pacto deflueret styx apud inferos, sed etiam quæ illi color adesset; ἡ τὴν ἀραδῶν ἀραδῶν ἡ τῶντα ἰσραῖος ἀραδῶν τὸ ἔτος ἔσθ' ἰσρ. ἔστι δὲ ἔστι κρυπῆσιν. ἔστι δὲ ἔστι φημι δεικνύουσαι ἡ φυχρῆσιν δὲ δ' ἔκ' ἰσῆσιν καταλύουσαι ἡλεβῶταρ ἡφ' ἄλλοι. ἀτάλας δ' ἔτι χθονὶ ἰσπεδῖται.

30

40

Quartus incidit prius in locum grauem ac ferum, vt aiunt; coloremque

Mythologia.

loremque habet Cyaneum propè, quem fluvium stygium nominant; & paludem, quam is fluvius ingressus facit, stygiam. Hic fluvius, quoniam fluit sub terra, aquamque habet insuavisimam, creditus est ad inferos usque descendere, & esse fluvius inferorum, qui ob insuavitatem suam dictus est styx, quasi *στυγία*, quod odiosum significat apud Græcos. Hoc in flumine cum alia complura monstrosa esse dicerentur, tum pisces ita graciles, ut magis piscium umbris similes, quam piscibus viderentur, ut ait Pausanias in Phocis. Hic erant omnia animalia nigra, & ranæ nigrae, ut ait is poetas;

10

Esse aliquos manes, & subterranea regna,
Et contum, & stygio ranas in gurgite nigras,
Atque una transire vadum tot millia cymba.

Nam cum loquerentur poetas de rebus fabulosis, illis omnia iniunxerunt, quæ res veras consequi solent, quo probabiliores viderentur. Nunc ex his veram sententiam eliciamus. Vbi de Acheronte loqueremur superius, diximus Acherontem esse maxorem illum ac tristitiam, quæ nasceretur in mente hominis morituri è consideratione rerum præteritarum, ac styx odium est illud erga transacta facinora, quod penitentiam consequitur: cum enim peccata præterita odio habere incipimus, tunc dicuntur animæ stygiam paludem traicere, quæ ex Acheronte exoritur. At qui ad fluminis ipsius ortum

20

suam orationem converterunt, illi omnem vim aquarum Oceano concedentes eò flumina omnia confluere, & ex illo fontium imbriumque materiã manare crediderunt. Rursus qui ex aere in locis cauis sub terra concreto & in aquam verso dulcium aquarum vim oriri putarunt, illi Terræ filiam stygem, ut cætera flumina, arbitrati sunt: quare non est absurdum si res eadem aliis de causis varios ortus apud fabularum inventores sortita sit. Quod autem honorem illum consecuta sit Styx, quia tequi aduersus Titanas fuerit auxilio, vel quia Ioui insidias indicasset, nihil aliud significare voluerunt antiqui nisi principes suos à singulis nationibus esse pro viribus in imperio retinendos, si viri boni sint præcipuè; atque principes ipsos munificos esse oportere erga illos, qui sceleratorum prodiciones & insidias patefaciunt;

30

qua re nihil esse potest neque sanctius, neque ad seruandas ciuitates accommodatius. ac de styge satis, nunc de Cocyto dicamus.

De Cocyto.

Cap. III.

Cocytum quoque defunctorum animarum multitudini transeundum esse fabulati sunt antiqui, prius quam ad inferos deveniretur. hic fluvius & quo illabatur, & unde oriatur, ita patefecit Plato in Phædone;

40

ἰδί' ἑκαστὴν ἐνταῦθα, καὶ ἐνταῦθα λαβὼν τὴν ὄψιν, ἀπὸ κατὰ τὴν γῆν περιελθὼν τῶν ποταμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς ἀφ' ἧς ἀναστῆναι τὴν ἀχέρουοντι, ἀπὸ τῆς ἑκαστίας, καὶ ἐν τῇ τῇ πύλῃ τῆς ὄψιν ἀναστῆναι, ἀλλὰ καὶ ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς ἑκαστίας, ἑκαστὴν ἐν τῇ πύλῃ τῆς ὄψιν ἀναστῆναι, ὅτι καὶ τῇ πύλῃ τῆς ὄψιν ἀναστῆναι, ὅτι καὶ τῇ πύλῃ τῆς ὄψιν ἀναστῆναι. Hic verò huc delatus, magnasque vires ab aqua assumens, terramque ingressus ac circumvolutus contrarius fluit Pyriphlegethonti, illique sit obuius in stagno Acherusæ: neque huius aqua cum alia cõmiscetur, sed in gyrum circumvolutus in tartarum irrupit Pyriphlegethonti aduersus. Scripsit Homerus in lib. λ. *odyss.* Cocytum & Pyriphlegethontem in Acherontem pessuere, cum sit Cocytus tamque riuus stygis ut patet ex his;

ἰσα